
3



LITTERÆ
MONITORIALES
Illuſtriſs. & Rm̃i Dñi
AUDITORIS
Cameræ Apoſtolicæ

Super obſervantiâ, & exequtione Litterarum Apoſtolicarum, ac manutentione Privilegiorum cum Inhibitione, quoad

INDULGENTIAS

Eccleſijs Monachorum Congregationis Reformatæ S. Bernardi Ordinis Ciſtercienſis conceſſas.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

CAROLUS de MARINIS Prothonotarius Apoſtolicus, utriuſque Signaturæ SS. D. N. Papæ Referendarius, ac Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex Ordinarius, Sententiarum quoque, ac Cenſurarum in eadem Rom. Curiâ, & extrà eam latarum, ac Litterarum Apoſtolicarum quarumcumq; univerſalis, & merus executor ab eodem Sanctiſſimo ſpecialitèr deputatus.

Univerſis, & ſingulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Theſaurariis, Sacriſtis, tàm Cathedralium, quàm Collegiatarum Eccleſiarum Canonicis, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus, Locumtenentibus, Plebanis, Viceplebanis, Presbyteris, Curatis, & non Curatis, Clericis,

Notariis, & Tabellionibus publicis quibuſcumque ubilibet conſtitutis, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ litteræ pervenerint, ſalutem in Domino,& noſtris hujuſmodi, imò veriùs Apoſtolicis firmitèr obedire mandatis.

Noveritis nupèr coràm Nobis pro parte,& ad inſtantiam R. P. D. Franciſci Antonij à S. Bernardo Congregationis Reformatae Monachorum S. BERNARDI Ordinis Cisterciensis Procuratoris Generalis, nomine RR. PP. Abbatis Generalis, Seniorum Aſſiſtentium, Provincialium, Viſitatorum, Abbatum, Priorum, Superiorum, & aliorum Patrum,& ſingulorum eorum in Domibus, Monaſteriis, Grangiis, & aliis locis dictæ Congregationis, ac cujuslibet eorũ, tàm in Urbe, quàm extrà eam commorantium principalium, comparitum,& exhibitas nobis fuiſſe Litteras Apoſtolicas fel. record. Urbani PP.

VIII.

Digitized by Google

VIII. Incipien. *Ad uberes, & ſuaves fructus &c.* legitimè expeditas in formâ Brevis ſub annulo Piſcatoris die 22. Maij 1630. ſanas omninò, & integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliquâ earum parte ſuſpectas; ſed omni prorsùs vitio, & ſuſpicione carentes, in quibus clarè vidimus, & inter alia legimus, quod idem Sanctiſſimus ſic ait - *Pro majori Animorum concordiâ inter Monachos Gallos, & Italos Ordinis Ciſterciensis Congregationis Beatæ Mariæ Fulienſis tuendâ, & conſervandâ &c. Motu proprio &c. omnia, & ſingula dictæ Congregationis Monaſteria, ac Domus in Italiâ, & Regionibus Sereniſſimo Sabaudiæ Duci, & Pedemontium Principi ſubiectis exiſtentia, illorumque Monachos, Perſonas, ac Bona uniuerſa ab omni, & quacumque Iuriſdictione, Viſitatione, Correctione, Superioritate, Dominio, curâ, & regimine dictæ Congregationis Fulien-*
 ſis

ſis, eiuſque pro tempore exiſtentis Abbatis Generalis &c. Apoſtolicâ auctoritate perpetuò eximimus, ſeparamus, ac totalitèr liberamus: Et tàm ex iiſdem Domibus, & Monaſteriis ſic ſeparatis, & diſmembratis in hunc uſque diem erectis, quàm ex aliis quibuſcumque Domibus, & Monaſteriis poſthàc ubique locorum, ſub titulo tamen, & nomine S. BERNARDI REFORMATORUM *erigendis, unam* CONGREGATIONEM MONACHORUM S. BERNARDI REFORMATORUM *dicti* ORDINIS *nuncupandam à primodictâ Congregatione Fulienſi, eiuſque Superioribus, & Monachis prorsùs diſtinctam, & ſeparatam, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectam à proprio Generali &c. regendam, & gubernandam, auctoritate &c. erigimus, & inſtituimus &c. Necnon Congregationi sìc erectæ, & inſtitutæ, eiuſque Domibus, & Monaſteriis, ac Superioribus, & Monachis nunc, & pro tempore exiſtentibus, quod omnibus, &*

qui-

quibuscumque Priuilegiis, Indultis, Conceſſionibus, Exemptionibus, Immunitatibus, Prærogativis, Favoribus, INDULGENTIJS, *ac aliis gratiis tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus eidem veteri Congregationi* (Fulienſi) *quomodolibet etiam per viam communicationis, ſeù extenſionis, aut aliàs quomodocumque conceſſis, confirmatis, & innouatis, ac impoſterum concedend. uti, frui, & gaudere poſſint ſine aliquâ prorsùs differentiâ, perindè ac ſi eidem* CONGREGATIONI S. BERNARDI, *eiuſque Domibus, Conventibus, Superioribus, & Perſonis nominatìm,* & *æquè principalitèr conceſſa fuiſſent, eiſdem auctoritate, & tenore concedimus, & indulgemus, &c.*

Proindè cum prædicta eorum Sacra Religio, dum adhùc ſub uno Congregationis B. Mariæ Fulienſis titulo indiſtinctè nuncuparetur, ob varia præclara geſta, ſalutiferoſque, & innumeros fructus, quos in Dei

Digitized by Google

Eccleſiâ produxit, fuerit à Sanctâ Sede Apoſtolicâ favoribus plurimis decorata, ut ex Litteris Apoſtolicis plurium Romanorum Pontificum infrà deſignan. à R.P.D. Franciſco Antonio Procuratore Generali prædicto Nobis exhibitis, & oſtenſis evidentèr conſtare perſpeximus; videlicet

(a) *Bull.Rom. Cherub. to.2. la70.*

SIXTUS V. Conſtit. incipien. *Super ſpeculâ* (a) ſub Dat. Romæ Idibus Novembris 1587. Congregationi Fulienſi, eiuſque Monaſteriis tùm erectis, tùm erigendis &c. illorumq; Superioribus, Abbatibus, Prioribus, Monachis, Novitiis, & Converſis, aliiſque quibuſcumque Perſonis utriuſque ſexus indulſit omnia, & ſingula Privilegia, & INDULGENTIAS etiàm PLENARIAS &c. Ordini Ciſtercienſi, ac Congregationibus ſub illo inſtitutis, eorumque Monaſteriis, & Locis piis utriuſque Sexus *conceſſa, & concedenda, non ſolùm ad inſtàr, ſed æquè principalitèr, &*

pari-

Digitized by Google

pariformitèr in omnibus, & per omnia, perindè ac ſi illis, & eorum cuilibet ab initio ſpecialitèr, & expreſsè conceſſa extitiſſent: deindè adiecit - *ipſaque* PRIVILEGIA, INDULGENTIAS, *& gratias quibuſvis aliis Superioribus, Monaſteriis, Eccleſiis, & Locis piis, ac celebrandis Capitulis, & feſtivitatibus eiuſdem Ordinis, & ſingularum illius Congregationum conceſſa, ad Congregationem Fulienſem, eiuſque Abbates &c. necnon Eccleſias, & Monaſteria &c. perpetuò extendimus, illiſque communicamus, ac* DE NOVO CONCEDIMVS *&c.*

CLEMENS VIII. Conſtit. Incip. *Paſtoralis noſtri muneris* (*b*) ſub Dat. Romæ 4.Septembris 1592.Monachis Fulienſibus omnia privilegia, INDULGENTIAS &c. eidem Ordini Ciſtercien. per quoſcumque Romanos Pontifices, ac Legatos &c.*conceſſa, & concedenda, æquè ac aliis dicti Ordinis Ciſtercienſis Monachis conceſſa*

(*b*) *Bull. Rom. Cher. tom. 3. la 12.*

Digitized by Google

ſa ſunt , ſine aliquâ prorsùs differentiâ &c. communicavit , & conceſſit .

(c) Bull. Rom. Cherub. to. 3. la 23.

Sed & PAULUS V. ut in Motu proprio incipien. -- *Divinâ diſponente* - (c) ſub Datum Romæ apud S. Marcum 1606. Quinto Idus Julij , latiùs contineri vidimus , prædictas Sixti V. & Clementis VIII. Conſtitutiones approbavit,& confirmavit ; & inſupèr omnia , & ſingula Privilegia &c. & Indulta Spiritualia, & temporalia,quæ tàm eidem Ciſterciensi Ordini , ac Abbati Monaſterij Ciſtercij , & eiuſdem Ciſtercienſis Ordinis , ac quibuſvis Monaſteriorũ Abbatibus , etiàm quatuor primis , videlicèt de Firmitate , Pontiniaco, Claravalle , & Morimundo , quàm etiàm alijs Religionibus Monaſticis , eorumque Profeſſoribus , ac utriuſq; Sexus eorum Monaſterijs , Eccleſijs &c. tàm in Urbe, quàm etiàm in quibuſcumque Mundi partibus exiſtentibus conceſſa ſunt , & concedentur &c.

Digitized by Google

&c.quorum conceſſorum tenores pro expreſſis haberi voluit, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, etiamſi talia ſint, quæ ſpecialem, & individuam requirerent mentionem, & particularem inſertionem, ad dictam Congregationem Fulienſem extendit, communicavit, ac DE NOVO CONCESSIT, ita ut dicta Congregatio Fulienſis, eiuſque Superiores Generales, Seniores Aſſiſtentes, Provinciales, Abbates, Priores, & quicumque alij Superiores, nec non Officiales, Miniſtri, Monachi, Novitij, Donati, Familiares, Procuratores, & Negotiorum Geſtores, Benefactores, & aliæ utriuſque Sexus Regulares perſonæ &c. præmiſſis omnibus, & ſingulis *æquè pariformitèr, & abſque ullâ penitùs differentiâ, perindè ac ſi ea omnia illis, & eorum ſingulis principalitèr, & expreſsè, & non ad inſtàr conceſſa &c. uti, & gaudere poſſint.*

Idem PAULUS V. in alio Motu proprio incipien. - *In ſupereminenti* (d) ſub Dat. Romæ die 21. Novembris 1607. Fulienſibus omnia Privilegia, & indulta ſpiritualia, & temporalia quibuſvis Mendicantium Ordinum Congregationibus, eorũque Profeſſoribus, ac utriuſque ſexus eorum Monaſterijs, Eccleſijs &c. in quibuſvis Mundi partibus quomodolibet conceſſa, & concedenda, communicavit, & De Novo conceſſit.

(d) *Bull. Rom. Cherub. to. 3. la 23.*

Idem PAULUS V. per Litteras in formâ Brevis incip. *Dignum, quin potiùs* (e) ſub Dat. Romæ ſub annulo Piſcatoris die 22. Auguſti 1609. Fulienſibus Antiphonam SALVE REGINA ſingulis diebus in Choro poſt Completorium decantantibus, & alijs utriuſque ſexus Chriſti-fidelibus, tàm Regularibus, quàm Sæcularibus intereſſentibus, INDULGENTIAM trecentorum dierum perpetuò conceſſit.

(e) *Ex libro Privilegior. Fulien. Romæ impreſſo.*

Quam

Digitized by Google

Quam deindè Indulgentiã ex Voto Sac. Rit. Cong. ad alias Antiphonas, ſcilicèt ALMA REDEMPTORIS, AVE REGINA COELORUM, & REGINA COELI extendit; & quatenùs opus fuerit, denuò conceſſit Alexander VII. ut in Decreto ſub die 5. Julij 1662. Romæ impreſſo.

Inſupèr idem PAULUS V. per ſuas Litteras in formâ Brevis incip. - *Splendor paternæ gloriæ* (*f*) Dat. Romæ ſub annulo Piſcatoris die 14. Novembris 1609. perpetuò, ut Fulienſes Infirmi, & Decrepiti, qui præſcripta ad Indulgentias conſequẽdas peragere non poſſunt, aliqua pia opera arbitrio Confeſſarij peragendo illas conſequi poſſint, indulſit.

(*f*) *Ex eodem lib. Privileg. Fulien. Romę impreſſ.*

Præterea vidimus, & legimus trãſumptum authenticum fel. recordat. Gregorij XIV. Confirmationis, & extenſionis Privilegiorum Congregationis Regularis Obſervantiæ S. Bernardi Regnorum Hiſpaniæ Ordinis

nis

Digitized by Google

nis itèm Ciſtercienſis ſub Dat. Romæ apud S. Petrum die 28. Junij. 1591. incipien. *Romanus Pontifex* - (g) In quo quidem authentico tranſumpto (omiſſis alijs) reperitur ſequens clauſula, videlicèt - *Et inſupèr ob ſingularem reformationem, & obſervantiam dictæ Congregationis in eiſdem Monaſterijs inſtitutam, & conſervatam, eoſdem amplioribus favoribus condecorare volentes, omnia, & ſingula privilegia &c. Stationes*, INDULGENTIAS, *etiam* PLENARIAS, *&c. tàm eidem Ciſtercienſi, ejuſque Abbati, & Capitulo, etiam Generali, ac quibuſvis illius Monaſteriorum Abbatibus, etiam quatuor primis, de Firmitate, Pontiniaco, Claraualle, & Morimundo, quàm etiam S. Benedicti, ac quibuſvis alijs ſimilium, & diſſimilium Ordinibus, & Religionibus ſub quibuſvis regulis, &c. militantibus, & quibusvis illarum reſpectivè Congregationibus, Militijs, earum-*

(g) *Ex lib. autht. Privil. Congreg. S. Bern. Hiſpaniæ.*

rumque Profeſſoribus, ac utriuſque ſexus eorum Monaſteriјs, Domibus, Eccleſiis, necnon Collegiјs, Univerſitatibus, Confraternitatibus, Piјs, & Charitativis locis, eorumque in quibuſvis Feſtivitatum, ac aliјs diebus Eccleſias viſitantibus, ac earumdem Religionum Generalibus &c, ac eorum, & earum utriuſque Sexus quibuſvis Regularibus Perſonis, tàm in Urbe, quàm in quibuscumque Mundi partibus conſiſtentia, ſeù conſiſtentibus, quomodolibet conceſſa &c. ad primòdictam Congregationem Regularis obſervantiæ S. Bernardi, ac ſingula illius Monaſteria, Eccleſias, &c. extendimus, eiſque communicamus.

Idem GREGORIUS XIV. Conſt. paritèr incipien. *Romanus Pontifex* - (*h*) ſub Dat. Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die 6. Septembris prædicti anni 1591. Congregationi S. Bernardi ejuſdem Ordinis Ciſtercienſis in Italiâ Provinciarum Tuſciæ

(*h*) *Bull. Rom. Rom. Cherub. tom. 2. la 16.*

Tuſciæ,& Lombardiæ omnia Privilegia, &c. ac INDULGENTIAS, etiã Plenarias &c. quomodolibet conceſſa, non ſolùm approbavit, & confirmavit, ac de novo conceſſit; ſed inſupèr omnia, & ſingula Privilegia &c. necnon INDULGENTIAS, etiam PLENARIAS &c. tàm eidem Ciſtercien. Ordini, ejuſque Capitulo, & Abbati, etiam Generali, ac quibuſvis illius, etiam quatuor primis Abbatibus, ſcilicèt Claravallis, Morimundi, Pontiniaci, & Firmitatis, quàm etiam ejuſdem Ordinis Congregationibus in Regnis Hiſpaniæ, Portugalliæ, ac quibuſvis alijs, eorumque, & aliorum, tàm virorum, quàm Mulierum, Monaſterijs, Domibus, Eccleſijs, &c. nec non Capitulis eorum, etiam Generalibus, Abbatibus, & alijs quibuſvis eorum Superioribus, Monachis, Novitijs, Fratribus, &c. tàm in Urbe, quàm in quibuſcumque Mundi partibus conſi-

conſiſtentibus, &c. ſub quacumque formâ, & expreſſione verborum conceſſa, & concedenda, &c. ad prædictam Congregationem S. Bernardi in Italiâ, illiuſque Monaſteria &c. *æquè pariformitèr, & abſque ullâ penitùs differentiâ, perindè ac ſi, &c. perpetuò* extendit, communicavit, & conceſſit.

Vidimus prætereà, atque legimus aliud ſcriptum authenticum, ex quo apertè colligitur, quod SIXTUS V. anno 1587. Idib. Julij Bullâ incip. *Sacroſanctæ* - (*i*) Omnibus utriuſque Sexus Chriſtifidelibus Eccleſiam Archiconfraternitatis S. Bernardi de Urbe propè Columnam Trajanam, necnon Eccleſiam Monaſterij S. Suſannæ itèm de Urbe Monialium S. Bernardi Ordinis Ciſtercienſis viſitantibus, & Miſſas in eis, vel earum aliquâ celebrantibus, ſeù celebrari facientibus quovis modo, & quocumque anni die in perpetuùm om-

(*i*) *Bull. Rom. Cherub. to. 2. la 60.*

nia, & ſingula Privilegia, INDULGENTIAS, etiàm PLENARIAS, & cœteras gratias ſpirituales per quoſcumque Romanos Pontifices quibusvis S. Benedicti, & Ciſtercienſis Ordinibus, velut etiàm Eccleſijs, & Capellis Confraternitatis Cathecumenorum de Urbe, eaſque viſitantibus, &c. conceſſas, etiam per viam communicationis, participationis, & extenſionis, miſericorditèr indulſit.

Eccleſiæ autem, Monaſterio, Hoſpitali, & Capellis iſtius Confraternitatis Cathecumenorum, eaſque viſitantibus Paulus III. anno 1543. Undecimo Kalendas Martij Bullâ incipien. *Illius*, *qui* (*k*)omnes INDULGENTIAS etiàm PLENARIAS &c. conceſſas, & concedendas Imagini S. Salvatoris ad Sancta Sanctorum, & Charitatis, & Archihoſpitali S. Jacobi in Auguſtâ, & S. Spiritus Hoſpitali, ac Corporis Chriſti, & Sacramenti, ac Campi Sancti, & alijs

(*k*) *Bull. Rom. Cher. tom.* 1. *la* 37.

alijs Confratribus Confraternitatum de Vrbe; atque eiſdem Imagini, & Hoſpitali S. Jacobi, itemque S. Spiritus, ac Campo Sancto, necnon Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorũ de Vrbe, eorumque Deputatis; Itèm B. Mariæ de Populo, & Conſolationis, ac S. Joannis Baptiſtæ Florentinorum, alijſque omnibus ejuſdem Almæ Vrbis Eccleſijs, ac illa, & illas viſitantibus indulſerat. Necnon Presbyteris, qui in Eccleſiâ, Monaſterio, vel Hoſpitali prædictis quocumque anni tempore celebraverint, & pro quibus ijdem Presbyteri celebraverint, & oraverint, eaſdem Indulgentias conceſſerat idem Paulus III. quæ celebrantibus in Scalâ Cœli trium Fontium nuncupat. Monaſterij Ciſtercienſis Ordinis extrà muros Vrbis, & in Capellâ ad Præſepe Domini ſitâ in Eccleſiâ S. Mariæ Majoris de Vrbe conceſſæ reperiuntur.

Quas quidem INDVLGENTIAS

prædictæ Eccleſiæ Sancti Bernardi ad Columnnam Trajanam à SIXTO V. conceſſas, poſt maturum examen cõpertum fuit ſubſiſtere, & annuente INNOCENTIO XII. (ut in transſumpto authentico Decreti emanati die 21. Decembris 1696. Nobis per dictum R. P. D. Franciſcum Antonium Procuratorem Generalem exhibito clarè vidimus) illarum Sũmarium Romæ impreſſum unà cum præcitato Decreto affixum, ac publicatum fuit in locis publicis Almæ Vrbis.

Ex quibus omnibus ſatis evidentèr conſtat quaſcumque Eccleſias præd. Congr. Refor. Monac. S. Bernardi, ſeu õnes utriuſq; Sexus Chriſtifideles eas viſitantes, gaudere, & uti liberè, & licitè poſſe omnibus INDVLGENTIJS conceſſis, & concedendis in quibuſcumque Eccleſijs in Vrbe exiſtentibus, & hoc per viam communicationis non ſolùm *ad inſtàr*, *ſed etiã*

æquè

æquè pariformitèr , ac principalitèr ; & per NOVAM CONCESSIONEM Sixti V. & Pauli V. ut ſuprà .

Porrò ſupradictas INDVLGENTIAS tàm Plenarias , & perpetuas , quàm quaſvis alias per Sedem Apoſtolicam eatenùs conceſſas omnibus Chriſtifidelibus viſitantibus Eccleſias Congregationis Monachorum Reformatorum S. Bernardi (aliàs Fuliēſium) non comprehendi ſub revocatione Indulgentiarum omnibus Ordinibus Regularibus conceſſarum factâ à Paulo V. die 23. Maij 1606. ,idem Sanctiſſimus vivæ vocis oraculo declaravit D.Cardinali Bandino , cujus atteſtationem (*l*) ſub die 28. Novembris dicti anni 1606. in formâ authēticâ factam Nobis oſtendit præfat. P. Procurator Generalis .

(*l*) *Ex lib. authent. M. S. Privil. Congreg. Fulien.*

Eò magis , quia Nova Concessio Pauli V. contenta in ſupracitatâ Bullâ incipien. *Divinâ diſponente* , favore Congregationis Fulienſis editâ V.

Idus Julij 1606. poſterior eſt Paulinâ revocatione Indulgentiarum emanatâ die 23. Maij ejuſdem anni 1606.

Et licet cunctis Fidelibus notum ſatis eſſe videatur, non ſolùm frequentes, verùm etiam quotidianas in hac Vrbe INDVLGENTIAS, etiã PLENARIAS, in pluribus Eccleſijs, atque Altaria Privilegiata eſſe; nihilominùs idem R. P. D. Franciſcus Antonius à S. Bernardo pro majori certitudine gratiarum Eccleſijs Congregationis Suae à S. Sede conceſſarum, alia quædam authentica ſcripta Nobis exhibuit, in quibus legendo proſpexi, quod -

I. Gregorius XIII. per ſuas Litteras 21. Martij 1582. omnibus utriuſque Sexus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacrâ Communione refectis, qui Eccleſiam dictæ Confraternitatis Cathecumenorum, ſeù Eccleſiam Monaſterii Puellarũ Neophytarum ſub invoca-

tio-

Digitized by Google

tione Annunciationis B. M. Virginis in die Annunciationis, Conceptionis, Nativitatis, Purificationis, Aſſumptionis, alijſque ejuſdem B. Virginis Mariæ, necnon Nativitatis, Reſurrectionis, Aſcenſionis Salvatoris, & omnium Sanctorum reſpectivè Feſtivitatum, ac Commemorationis Defunctorum diebus à primis Veſperis, uſque ad occaſum Solis Feſtivitatum, & dierum hujuſmodi, annis ſingulis in perpetuùm viſitaverint, & ibi Deum pro pace inter Principes Chriſtianos, hæreſum extirpatione, & Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione oraverint, quotiès id fecerint, totiès PLENARIAM omnium peccatorum ſuorum INDVLGENTIAM, & remiſſionem conceſſit. Idem omnibus Chriſtifidelibus, qui ſingulis Quadrageſimæ diebus uſque ad octavam Paſchæ, Eccleſiam prædictam, etiam annis ſingulis in perpetuùm viſitaverint, centum an-

nos, & totidem quadragenas de injunctis eis Pœnitentijs relaxavit.

II. Summarium Privilegiorum, & Indulgentiarum, quas Eccleſiæ Confraternitatis Charitatis de Vrbe, ſeu illā viſitantibus Leo X. per ſuas Litteras ſub Dat. Romæ 1519. Quinto Kalendas Februarij conceſſit, nempè omnes INDVLGENTIAS, etiam PLENARIAS Imagini S. Salvatoris ad Sancta Sanctorum, S. Spiritus in Saxiâ, Beatæ Mariæ de Populo, S. Jacobi in Auguſtâ, SS. Joannis Baptiſtæ, & Coſmæ, & Damiani de Vrbe, & S. Jacobi in Compoſtellâ Hoſpitalibus, & Confraternitatibus, & illorum Eccleſijs &c. conceſſas.

III. Indulgentias S. Spiritus in Saxiâ de Vrbe conceſſas per fel. me: Innocentium III. Cœleſtinum V. Alexandrum IV. Clementem V. Bonifacium VIII. Clementem VI. Innocentium VI. & Benedictum XII.

IV. Indulgentias conceſſas Eccle-

ſiæ

ſiæ B. Mariæ de Populo à diverſis Romanis Pontificibus, & præcipuè à Papa Paſchali, Gregorio IX. à Vicario Clementis IV. de mandato ipſius Papæ, à Patriarcha Conſtantinopolitano, & Archiepiſcopo Bituricenſi de mandato Bonifacij VIII. à Sixto IV. qui omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis prædictam Eccleſiam viſitantibus in Nativitatis, Conceptionis, Purificationis, Viſitationis, & Aſſumptionis ejuſdẽ B. Virginis Feſtivitatibus à primis Veſperis uſque ad ſecundas, &c. Plenariam Indulgentiã conceſſit.

V. Idem Sixtus IV. omnibus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui dictam Eccleſiam qualibet die Sabbati ſingularum hebdomadar. Quadrageſimæ viſitaverint, Indulgentiam Plenariam. Et Gregorius XIII. conceſſit Indulgentiam Plenariam perpetuam omnibus diebus Sabbati.

VI. Indulgentias Ven. Archihoſpitali S. Jacobi Incurabilium de Urbe, conceſſas à Leone X.

VII. Summarium Indulgentiarum Eccleſiam Societatis S. Joannis Baptiſtæ Decollati de Vrbe viſitantibus conceſſarum.

VIII. Indulgentias conceſſas viſitantibus Imaginem B. Mariæ Virg. quæ allocuta eſt S. Gregorium, ſitam, & poſitam retrò Altare Majus S.S. Coſmæ, & Damiani.

IX. Indulgentias plurimas, etiam Plenarias, Eccleſiæ Lateranen. quocumque Anni tempore conceſſas.

X. Summarium Indulgentiarum, & gratiarum Eccleſiæ S. Jacobi in Compoſtellâ conceſſarum.

Ea propter nulli dubium eſſe debet, quin Monachi dictæ Congregationis Refor. S. Bernardi habeant in omnibus, & quibuſcumque Eccleſijs, vel Capellis, non ſolùm in præcipuis totius anni diebus feſtivis, ac ſolemnita-

nitatibus, ut in Nativitatis; Reſurrectionis, & Aſcenſionis Domini, atque in Pentecoſtes, Trinitatis, Sacramenti, Circumciſionis, Epiphaniæ: Conceptionis, Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, & cœteris diebus Sacratiſſimæ Virginis, atque in Feſtivitatibus omnium Sanctorum, S. Joannis Baptiſtæ, Petri, & Pauli, Benedicti, & Bernardi, necnon aliorum Sanctorum Titularium; verùm etiam in quacumque totius anni die PLENARIAM INDVLGENTIAM, atque omnium peccatorum remiſſionem, ità quod omnes Chriſtifideles utriuſque Sexus, qui eorum Eccleſias confeſſi, vel contriti viſitaverint, ibique pro Principibus Chriſtianis, & S. Matre Eccleſiâ pias preces effuderint, INDVLGENTIAM PLENARIAM, atque omnium peccatorum remiſſionem lucrabuntur quocumque anni tempore.

Cum igitur dicta CONGREGA-

TIO

TIO per viam communicationis, & participationis non ſolùm hactenùs, ſed etiam perpetuis futuris temporibus utatur, & potiatur (prout prædictus R. P. Procurator Generalis nomine, quo ſuprà, uti, & potiri velle nunc, & in futurum declaravit, & declarat omni meliori modo) Privilegijs, & OMNIBVS INDVLGENTIJS, etiam Plenarijs jàm ſuprà deſignatis; Cupiens modò R. P. Procurator Generalis præfatus (ut ſui muneris eſt) eadem Privilegia, & INDVLGENTIAS, quæ toti Congregationi præfatæ, ejuſque Eccleſijs, ac Capellis indifferentèr conceſſa extant, illibata omninò, ac penitùs illæſa in univerſâ prædictâ Congregatione Reformata S. Bernardi unanimitèr conſervari; propterea pro eorum parte in exequtionem præfatarum Litterarum Apoſtolicarum Nobis à dicto R. P. Procuratore Generali in formâ probante

exhi-

exhibitarum, de opportuno Juris remedio requiſiti, Vobis omnibus, & ſingulis, & veſtrum cuilibet in ſolidum committimus, & in Virtute S. Obedientiæ præcipiendo mandamus, quatenùs ſtatìm viſis, & receptis pręſentibus, & poſtquam præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeù alter veſtrum fuerit requiſitus, ex parte noſtrâ, imò veriùs Apoſtolicâ auctoritate inhibeatis, ſeù inhibendo expreſsè prohibeatis, & mandetis, prout Nos etiam præcipimus, & mandamus omnibus, & ſingulis Locorum Ordinarijs, necnon alijs quibuſcumque in exequtione præſentium nominandis, & cognominandis, ne viſis, & receptis præſentibus ſub quingentorum Ducatorum auri in auro Locis pijs arbitrio noſtro applicandorum, & pro illis Mandati exequtivi, & in Juris ſubſidium, quatenùs opus ſit, quoad RR. DD. Epiſcopos Suſpenſionis à Divinis, Interdicti Ecle-

cle-

Digitized by Google

cleſiaſtici , ingreſſus Eccleſiæ; quo verò ad alios, Excommunicationis, alijſque Eccleſiaſticis Sententijs, Cẽſuris, & pœnis audeant, ſeù præſumant, aut eorum aliquis audeat, ſeu præſumat dictos DD. Inſtantes, eorumque Conventus, Monaſteria, Eccleſias, Capellas, &c. contrà formam dictarum Litterarum Apoſtolicarũ moleſtare, vexare, perturbare, aùt impedire; vel ejuſdem Congregationis Privilegia,& INDVLGENTIAS declarare, aut quidquam innovare, ſeù attentare, ſeù innovata, & attentata proſequi in poſterùm contrà formam dictarum Litterarum Apoſtolicarum per ſe, ſive alium, ſeù alios, quovis prætextu, quæſito colore, vel ingenio; quin imò moneatis eoſdem, quatenùs infrà ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio,& peremptorio termino, ac monitione cano-

nicâ

nicâ vobis aſſignamus, & vos aſſignetis eiſdem ſub eiſdem Sententijs, Cenſuris, & pœnis debeant, & quilibet ipſorum, prout ad eos, & eorũ quemlibet ſpectat, & pertinet, à quibuſvis jactationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis eiſdem DD. inſtantibus quomodolibet contrà formam dictarum Litterarum Apoſtolicarum, & Privilegiorũ, & INDVLGENTIARVM illatis, factis, & præſtitis, ac fieri, & inferri comminatis, & ab inferendis in futurum deſtitiſſe, ceſſaſſe, & ſeſe abſtinuiſſe; dictiſque Privilegijs, & INDULGENTIJS quibuſcumque ſibi per dictos Summos Pontifices conceſſis, uti, frui, potiri, & gaudere permiſiſſe; ac etiam dictis Litteris Apoſtolicis, & Noſtris hujuſmodi Monitorialibus Litteris in omnibus, & per omnia paruiſſe, & obediviſſe, deque paritione nos certioraſſe. Alioquìn præfatos ſic monitos,

ſi

ſi in præmiſſis ſeſe fore gravatos ſenſerint, modo, & formâ præmiſſis citetis, & citare curetis, prout Nos etiam citamus eoſdem, quatenùs ſexageſimâ Die poſt præſentium exequtionem dinumerandâ, ſi dies ipſa juridica fuerit, alioquin primâ die juridicâ ex tunc proximè futurâ, compareant Romæ in judicio coràm Nobis, ſivè noſtris Reverendiſſimis D.D. Locumtenentibus, cauſam ſui gravaminis allegaturi, aliaque dicturi, facturi, & recepturi, prout juſtitia ſuadebit, & ordo dictaverit rationis: Certificantes eoſdem ſic citatos, quod ſive in dicto citationis termino, ut præmiſſum eſt, comparuerint, ſive non, Nos nihilominùs, vel RR. DD. Locumtenentes noſtri præfati ad hujuſmodi Cauſæ deciſionem, necnon ad omnes, & ſingulos actus, & terminos judiciales uſque ad ſententiam definitivam incluſi-

vè

vè , & litè non conteſtatâ procedemus, ſivè procedent juſtitiâ mediante , dictorum citatorum contumaciâ, vel abſentiâ in aliquo non obſtante . Et inſupèr inhibeatis, & inhibendo expreſſè præcipiatis, & mandetis , prout Nos etiam præcipimus , & mandamus omnibus, & ſingulis Dominis Judicibus ordinarijs , & extràordinarijs, Delegatis, & Commiſſarijs quibuſcumque, necnon omnibus, & ſingulis in exequutione præſentium nominandis , & cognominandis , ne ſub jàm dictis Eccleſiaſticis Sententijs , Cenſuris , & pœnis audeant, ſeù præſumant, aut eorum aliquis audeat, ſeù præſumat dictos inſtantes ſupèr præmiſſis , illorumque causâ, & occaſione moleſtare , vexare , & perturbare , convenire, aut in judicium trahere, quàm coràm Nobis , vel noſtris in Civilibus Locumtenentibus per Acta infra-

ſraſcripti noſtri Notarij quovis ſub prætextu, causâ ,ingenio, vel quæſito colore. Quod ſi ſecùs factum fuerit, ultrà pœnarum præſcriptarum incurſus declarationem, ad quam omninò deveniemus, id totum etiam revocabimus, & in priſtinum ſtatum reduci curabimus Juſtitiâ mediante. Abſolutionem verò omnium, & ſingulorum præmiſſorum Nobis, vel Superiori noſtro tantummodò reſervamus. In quorum Fidem has præſentes fieri, & per infraſcriptum Curiæ noſtræ Notarium ſubſcribi, Sigillique noſtri, quo in talibus utimur, juſſimus impreſſione muniri. Datum Romæ ex Curiâ Innocentianâ in Monte Citatorio anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo ſexto, Indictione decimaquartâ, die verò quartâ Menſis Maij, Pontificatus Sanctiſſimi in Christo Patris, & Domini N. D. Clementis

Di-

Digitized by Google

Divinâ providentiâ Papæ Undecimi anno ſexto.

Carolus de Marinis Auditor Cameræ.

Paulus Fatius Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Notarius.

L. m. fol. 213.

LITTE-

Digitized by Google



LITTERÆ
MONITORIALES
Illuſtriſs. & Rmi Dñi
AUDITORIS
Cameræ Apoſtolicæ

Super obſervantiâ, & exequtione Litterarum Apoſtolicarum, ac manutentione Privilegiorum cum Inhibitione, pro RR. Monachis Congregationis Reformatæ Sancti Bernardi Ordinis Ciſtercienſis.

Digitized by Google

Digitized by Google

CAROLUS de MARINIS Prothonotarius Apoſtolicus, utriuſque Signaturæ SS. D. N. Papæ Referendarius, ac Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex Ordinarius, Sententiarum quoque, ac Cenſurarum in eadem Rom. Curiâ, & extrà eam latarum, ac Litterarum Apoſtolicarum quarumcumq; univerſalis, & merus executor ab eodem Sanctiſſimo ſpecialitèr deputatus.

Univerſis, & ſingulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Theſaurariis, Sacriſtis, tàm Cathedralium, quàm Collegiatarum Eccleſiarum Canonicis, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus, Locumtenentibus, Plebanis, Viceplebanis, Presbyteris, Curatis, & non Curatis, Clericis,

Notariis, & Tabellionibus publicis quibuſcumque ubilibet conſtitutis, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ litteræ pervenerint, ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi, imò veriùs Apoſtolicis firmitèr obedire mandatis.

Noveritis nupèr coràm Nobis pro parte, & ad inſtantiam R. P. D. Franciſci Antonij à S. Bernardo Congregationis Reformatae Monachorum S. BERNARDI Ordinis Cisterciens. Procuratoris Generalis, nomine RR. PP. Abbatis Generalis, Seniorum Aſſiſtentium, Provincialium, Viſitatorum, Abbatum, Priorum, Superiorum, & aliorum Patrum, & ſingulorum eorum in Domibus, Monaſteriis, Grangiis, & aliis locis dictæ Congregationis, ac cujuslibet eorũ, tàm in Urbe, quàm extrà eam commorantium principalium, comparitum, & exhibitas nobis fuiſſe Litteras Apoſtolicas fel. record. Urbani PP.

VIII.

VIII. Incipien. *Ad Uberes, & ſuaves fructus &c.* - legitimè expeditas in formâ Brevis ſub Annulo Piſcatoris die 22. Maij 1630. ſanas omninò, & integras, ac omni prorsùs vitio, ac ſuſpicione carentes, quarum tenore Sanctitas Sua ex unâ Congregatione Monachorum Beatæ MARIÆ Fulienſis Ordinis Ciſtercienſis duas Congregationes Apoſtolicâ auctoritate inſtituit, Unam ſcilicet pro Monachis Gallis ſub prædicto vocabulo Beatæ Mariæ Fulienſis; alteram pro Italis, & alijs in Ditione Sereniſs. Sabaudię Ducis pro tempore exiſtentibus ſub titulo, & nomine Congregationis Monachorum S. BERNARDI Reformatorum; utramque à ſuo proprio Generali regendam; Et declaravit, quod hujuſmodi Congregatio Monachorum Reform. S. BERNARDI omnibus, & ſingulis Privilegiis, Indultis, &c. Immunitatibus, Indulgentijs, ac alijs gratijs, tàm ſpiritualibus,

Digitized by Google

quàm temporalibus eidem veteri Cõgregationi Fulienſi quomodolibet conceſſis, & concedendis, uti, & gaudere poſſit *abſque ullâ prorsùs differentiâ, &c.* prout fuſiùs in dictis Litteris continetur.

Proindè cum prædicta eorum Sacra Religio, dum adhuc ſub uno Cõgregationis Beatæ Mariæ Fulienſis Titulo indiſtinctè nuncuparetur, fuerit à Sanctâ Sede Apoſtolicâ plurimis gratijs, favoribus, & Privilegijs etiã per viam communicationis, & extenſionis inſignita, ut conſtat per varias Bullas, & Litteras Apoſtolicas conceſſionum, & confirmationum hujuſmodi infrà deſignan. à R. P. D. Franciſco Antonio Procuratore Generali prædicto Nobis exhibitas, videlicet,

SIXTUS V. Bullâ incip. *Supèr ſpeculâ* (*a*) ſub Datum Romæ Idibus Novembris 1587. Congregationi Fulienſi omnia Privilegia, Immunitates

(*a*) *Bull. Rom. Cher. tom.* 2. *la* 70.

tes, & cætera Indulta, tàm ſpiritualia, quàm temporalia Ordini Ciſterciensi, & Congregationibus ſub illo inſtitutis, earumque Monaſterijs, ac Locis utriuſque ſexus ubicumque erectis, & erigendis &c. conceſſa, & concedenda communicavit, *ac de novo conceſſit, non ſolùm ad inſtàr, ſed æquè principalitèr &c.* ut ibi fusiùs contineri vidimus. Decernitque Fulienſes *ſuper præmiſſis à quoquam moleſtari non poſſe, &c.*

CLEMENS VIII. Conſtit. Incip. *Paſtoralis noſtri Muneris* (b) 4. Septembris 1592. Congregationem Fulienſem à Jurisdictione Abbatis Ciſtercij, & aliorum Prælatorum Ordinis Ciſtercien. perpetuò exemit, & ſub immediatâ Sedis Apoſtolicę protectione recepit; eidemque indulſit, ut omnibus, & ſingulis Privilegiis dicto Ordini Ciſtercien. per Romanos Pontifices, &c. Reges, Imperatores, & Principes Sæculares quomodoli-

(b) *Bull. Rom. Cherub. to. 3. la 12.*

bet conceſſis, & concedendis, *æquè ac alij Ciſtercienſis Ordinis Monachi ſine aliquâ prorsùs differentiâ, uti, & gaudere poſſint, &c.* Nec tamen ad alia dicti Ordinis Ciſtercien. Inſtituta Fulienſes obligari declaravit; ſed tantùm ad Regularem obſervantiam juxtà proprias Conſtitutiones à S.Sede approbatas. Inſuper Abbati Ciſtercij, & Ciſtercienſis Ordinis Generali, alijſq; Abbatibus expreſsè prohibuit ſe immiſcere in regimine, viſitatione, & negotijs Congregationis Fulienſis.

(c) *Lib. Privil. Fulien. Romę Impreſſ. & MS. autent.*

Idem Conſt. Incip. *Cum Nos aliàs* (c) 18. Martij 1604. prædicta omnia confirmavit, & innovavit.

(d) *Bull. Rom. Cherub. to. 3. la 56.*

Idem Conſtit. Incip. *Regis Pacifici* (d) 9. Februarij 1599. Confirmavit Decretum Sac. Congregationis Epiſcop. & Regularium editum die 28. Junij 1595. quo declaratum fuit Fulienſes Monachos in Proceſſionibus, & cæteris Functionibus publicis præceden-

Digitized by Google

cedentiam habere ſuprà omnes Mendicantes: Et ijs, qui Fulienſes supèr præmiſſis moleſtare præſumpſerint, excommunicationis Sedi Apoſtolicæ reſeruatæ pœnam impoſuit.

Idem Conſtit. Incip. *Pro noſtro Paſtorali* (e) 17. Martij 1604. Fulienſes, qui ad aliam Religionem tranſierint, in eamdem Congregationem recipi prohibet, niſi de expreſsâ Sedis Apoſtolicæ licentiâ.

(e) *Bull.* Rom. *Cherub. to.* 3. *la* 107.

PAULUS V. Bullâ Incip. *Divinâ diſponente* (f) Dat. Romæ 5. Idus Julij 1606. prædictas Sixti V. & Clementis VIII. Litteras, & omnia in eis cõtenta (quatenùs ſint in uſu, & Concilij Tridentini Decretis, ac alijs Canonicis Sanctionibus non adverſentur) approbavit, & confirmavit. Inſupèr prædictæ Congregationi Fulienſi omnia, & ſingula Privilegia, prærogativas, Conſervatorias, Immunitates, exemptiones, cæteraque indulta ſpiritualia, & temporalia, qua-

(f) *Bull. Rom. Cherub. to.* 3. *la* 23.

qualiacumque ſint, quæ tàm eidem Ciſtercienſi Ordini, ac Abbati Monaſterij Ciſtercij, & ejuſdem Ciſtercienſis Ordinis Generali, & Capitulo itèm Generali, ac quibuſvis Monaſteriorum Abbatibus, etiam quatuor primis, videlicet de Firmitate, Pontiniaco, Claravalle, & Morimũdo; quàm etiam alijs Religionibus Monaſticis, & Mendicantibus (ut in Motu proprio ejuſdem Pauli V. Incip. *In ſupereminenti* - (g) 21. Novembris 1607. fuſiùs continetur) & Congregationibus ſub illis inſtitutis, ſeù erectis, ac inpoſterùm erigendis; necnon eorumdem Ordinum, & Cõgregationum Profeſſoribus, ac utriuſque Sexus eorum Monaſterijs, Eccleſijs &c. necnon eorum Generalibus, Provincialibus, & Capitulis, etiam Generalibus, Abbatibus, Prioribus, Monachis, Fratribus, Novitijs, Donatis, ac quibuſvis eorum, & earum utriuſque Sexus Regula-
ri-

(g) *Bull. Rom. Cherub. to. 3. la 23.*

ribus Perſonis; tàm in Urbe, quàm extrà, in quibuscumque Mundi partibus conſiſtentibus per quoſcumque Romanos Pontifices, aut alios auctoritatem habentes conceſſa ſunt, & cōcedentur; & quibus illa, & illi de Jure, uſu, & conſuetudine, vel Privilegio, ſeù conceſſione Apoſtolicâ, vel Imperiali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, in genere, vel in ſpecie, ac tàm coniunctìm, quàm divisìm, aut aliàs quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur,& gaudent, ac uti, frui,potiri, & gaudere poſſunt, vel poterunt in futurum; quorum conceſſorum tenoreſpro expreſſis haberi voluit, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur,etiamſi talia ſint, quæ ſpecialem, & individuam requirerent mentionem, & particularem inſertionem, perpetuò communicavit, extendit, ac DE NOVO conceſſit: Ità ut prædicta Cōgregatio Fulienſis, ejuſque Monaſteria, Prioratus, Grangiæ, Domus,

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiæ, Pia, & Charitativa Loca, Res, & bona, Sanctorumque Feſtivitates, Conventus, & Capitula, ejuſque Superiores Generales, Seniores Aſſiſtentes, Provinciales, Viſitatores, Abbates, Priores, & quicumque alij Superiores, Officiales, Miniſtri, Monachi, Novitij, Donati, Familiares, Procuratores, negotiorum Geſtores, Benefactores, & aliæ ſingulares utriuſque Sexus regulares Perſonę ſub eorum curâ degentes prę-miſſis omnibus, & ſingulis *æquè pariformitèr, & abſque ullâ penitùs differentiâ* uti, & gaudere poſſint, & debeant in omnibus, & per omnia, *perindè ac ſi ipſis* Fulienſibus, *& eorum ſingulis principalitèr, & expreſsè, non adinſtàr conceſſa fuiſſent &c. Decernitque hujuſmodi Litteras Apoſtolicas non comprehendi ſub quibuſcumque revocationibus, & ſuſpenſionibus gratiarum; nec de vitio ſubreptionis, vel obreptionis, &c. impugnari*

poſſe

poſſe, ſed ſẽper validas fore, ac perpetuò Monachis Fulienſibus ſuffragari, &c.

Cum igitur dicta Congregatio Monach. Ref. S. Bernardi per viam communicationis, & participationis non ſolùm hactenùs, ſed etiàm perpetuis futuris temporibus utatur, & potiatur (prout idem R. P. Procurator Generalis nomine quo ſuprà, uti, & potiri velle nunc, & in futurum declaravit, & declarat omni meliori modo) Privilegiis omnibus cæteris Religionibus conceſſis, etiam illis, quæ hactenùs reperiuntur conceſſa omnibus Ordinibus Mendicantium, & eorum Conventibus, Perſonis, & Eccleſijs per Breve fel. record. B. Pij V. Incipien. *Dum ad uberes* - (*b*) ſub Dat. Romæ die 29. Julij 1566. qui inter cætera conceſſit, quod omnes, & ſinguli Mendicantium Ordinum *hujuſmodi Fratres, & aliæ utriuſque Sexus Perſonæ Regulares ubilibet per totum Chriſtianum Orbem diffuſi, &*

(*b*) *Bull. Rom. Cherubini tom.* 2. *la* 11.

conſti-

conſtituti, illorumque Monaſteria, Cœnobia, Domus, Eccleſiæ, Cappellæ, Oratoria, & alia loca, etiam unita, ac membra, & dependentia, necnon Terræ cultæ, & incultæ, Poſſeſſiones, Prædia, Agri, & alia omnia, & ſingula mobilia, & immobilia, ac ſemoventia, & ubilibet, ac in quibuſcumque rebus conſiſtentia bona, necnon eorum in dictis bonis Laboratores, Coloni, Arrendatarij, Locatarij, & Affictuarij, negotiorumque ſuorum Geſtores univerſi quomodolibet nuncupati, tunc, & pro tempore exiſtentes in perpetuùm ab omnibus, & ſingulis exactionibus, tàm Urbanis, quàm ruſticis, necnon Datijs, Gabellis, Pedagijs, Vectigalibus, Collectis, Impoſitionibus, & Oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, ac tàm realibus, quàm perſonalibus, meris, & mixtis, etiam ſubſidio Triennali, & augmento, ac Focularibus, Equorum Taxis, Militumque hoſpitijs, ac aliàs quibuſcumque nomi-

Digitized by Google

nominibus nuncupatis quavis auctoritate quomodolibet impoſitis, & imponendis, & quæ Laicis, ac alijs quibusvis quomodolibet imponi conſueverunt, & in futurum imponentur; ac ratione quarumcumque mercium, & rerũ cujuſcumque generis, vel qualitatis exiſtentiũ, tàm per mare, & aquam dulcem, quàm per terram undecumq; & quomodocumq; pro tempore delatarum: necnõ animalium quorumcumq; mortuorum, & vivorum, & quæ aliàs quomodolibet, & ex quavis causâ, ac ſupèr quibuscumque rebus, tàm in almâ Urbe, quàm extrà eam ubilibet locorum exiguntur, & in futurum exigentur. Necnon à quibuſcumque contributionibus, & ſolutionibus in illis faciendis, ac tàm pro victu, & veſtitu, quàm quocumque alio uſu ſuo tantùm, ac tàm emendo, quàm vendendo, & aliàs quomodolibet negotiando: necnon etiã à ſolutione quadrantis pro ſingulis libris carnium, de animalibus, quæ nũc,

&

Digitized by Google

& pro tẽpore ex armentis occidi contigerit; necnon etiam, quæ in ſuis ædibus, prędijs, & poſſeſſionibus privatim detinent, & nutriunt, & à contributione ſumptuum, & expenſarum, quæ aliquando pro pontibus, vijs, aqueductibus, muris, mœnibus, alijſque machinis ſtruendis, & reparandis, ſeu reficiendis, ac Civitatum, Terrarum, & Locorum quorumcumq; fortificationibus, necnon etiam aliàs in omnibus, & per omnia, ac tàm in dictà Urbe, quàm extrà eam ubilibet penitùs, & omninò liberi, immunes, & exempti, ac liberæ, & exemptæ, liberaque, immunia, & exempta ſint, & eſſe cenſeantur, ac pro talibus teneantur, & reputentur. Quodque Terræ, Agri, Poſſeſſiones, & Loca arativa, ut præfertur, in illis, quæ aliquando pro paſcuis animalium ad certum tempus reſervãtur, nullatenùs unquam comprehendantur, nec comprehendi cenſeantur.

Ac etiam Monaſteria, aliaque omnia

nia Regularia loca prædicta pro quorumcumque militum, tàm equitum, quàm peditum hoſpitijs (quemadmodum magno cum ſuo dolore eòuſque pleriſque in locis factum compererat) nequaquam aſſignentur, nec aſſignari debeant.

Et inſupèr quod fructus, redditus, proventus, & alia quæcumque bona Monaſteriorum, ac aliorum locorum Regularium præfatorum ab alijs, quā à Sindicis, & Procuratoribus Religioſis, Fratribus, & Monachis, alijſque perſonis præfatis exigi, illaque dumtaxàt in beneficium Loci, & ſuſtentationem ipſorum Monachorum, & Fratrum expendi, nec per alios quoſcumque quovis nomine cenſeantur, nec in alium, quàm præmiſſum uſum converti, ſeù expendi poſſint, niſi de conſenſu Superiorum illius Loci, cui data, & conceſſa, aut conſignata fuerint, ſeù ad quem aliàs ſpectabunt; nec etiam ſoli Tutores, aùt Curatores, ſeù Protecto-

res , & alio nomine Sanctesij , aut aliás nuncupati , de eiſdem bonis ullo modo diſponere poſſint . Quodque idipſum etiam de Eleemoſynis , oblationibus , & quibuſcumque alÿs donativis intelligi , & obſervari debeat , Apoſtolicâ auctoritate perpetuò ſtatuit , ordinavit , ac declaravit .

Necnon Fratres , Monachos , & alias Regulares Perſonas , eorumque Monaſteria, Eccleſias , Capellas , Oratoria, & alia Loca , ac Terras , Poſſeſſiones , Prædia , Agros , & bona ; necnon Laboratores , Colonos, Arrendatarios , Locatarios , Affictuarios , ac Geſtores , prædicta , ut præfertur , libera, immunia , & exempta auctoritate Apoſtolicâ facit , &c.

Mandans propterea tũc, & pro tempore exiſtentibus Cam. Apoſtolicæ Camerario, Præſidentibus, ac Clericis , Commiſſarÿs, Agentibus, & Officialibus quibuſcumque , & omnibus , & ſingulis tã virorum, quàm mulierum Monaſterÿs

Men-

Mendicantium Ordinum hujuſmodi exiſtentibus ſub ditione ſuâ temporali mediatè, vel immediatè conſtitutis, tantum Sal, quantum pro eorum uſu ſuffecerit, ſingulis annis omni dilatione ceſſante, & contradictione remotâ contribuere, & aſſignare, ac contribui, & aſſignari facere debeant realitèr, & cum effectu.

Diſtrictiùs etiam in virtute S. Obedientię, & ſub indignationis ſuę, & Excommunicationis majoris latæ ſententiæ, ac duorum millium Ducatorum auri de Camerâ pro unâ Baſilicę S. Petri de Urbe, & pro alterâ medietatitibus, ſingulis Monaſterijs, & locis præfatis, quæ moleſtari, ſeù perturbari contigerit, irremiſſibilitèr applicandorum, pœnis eo ipſo, ſi, & quoties contrafactum fuerit, incurrendis; inhibens tàm illis, quàm Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Poteſtatibus, Datiorum, Gabellarum, Onerum, & aliorum præmiſſorum Exactoribus, Cō-

 ducto-

ductoribus , & Appaltatoribus , nec-non quibusvis Communitatibus , & Uniuerſitatibus , illarumque Officia-libus, & Perſonis, alÿſque quibuſcum-que &c. quatenùs præmiſſa omnia , & ſingula inviolabilitèr , & perpetuò ob-ſervent , ac ab omnibus obſervari fa-ciant ; Neque Monachos , Fratres , & alias Religioſas Perſonas , alioſque ſupradictos ſuper præmiſſis quomodoli-bet moleſtent , & perturbent , neque permittant per quoſcumque quomodo-libet moleſtari , seù perturbari &c.

Mandans inſuper *quibuſcumque Patriarchis , Archiepiſcopis , & Epiſ-copis , ſive eorum Vicarÿs Generali-bus , necnon Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori , ac Ab-batibus , Prioribus , Præpoſitis , Deca-nis , Archidiaconis , Canonicis , & Ca-pitulis , ac alÿs quarumcumque Eccle-ſiarum Prælatis , & Perſonis ubilibet, & in quibuſcumque Regionibus , Ter-ris , & Locis exiſtentibus , ac alÿs , ad*

quos

quos quomodolibet ſpectat, & ſpectabit, quatenùs ipſi, & eorum quilibet per ſe, vel alium, vel alios prædictas ſuas Litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Monachorum, Fratrumque prefatorum fuerint requiſiti, ſolemnitèr publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant Auctoritate Apoſtolicâ illos & eorum ſingulos Statuto, Ordinatione, Declaratione, Conſtitutione, Deputatione, Mandato, Inhibitione, Decreto, aliïſque præmiſſis pacificè frui, & gaudere, non permittẽtes eos deſupèr per Camerarium, Præſidentes, Clericos, & Commiſſarios Cameræ prædictæ, necnon Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Collectores, Gabellarios, & Exactores præfatos, aut quoſcumque alios ad aliquam ſolutionem, contributionem, vel præſtationem præmiſſorum occaſione quomodolibet faciendam quoviſ modo cogi, &

 com-

compelli, aut aliàs quomodolibet contrà earumdem Litterarum tenorem, moleſtari, perturbari, aut inquietari, prout in ipſis Litteris fuſiùs continetur.

Inſupèr prædictus Paulus V. in ſuo Motu proprio ſuprà citato, Incip. -- *In ſupereminenti* - ipſam Congregationem Fulienſem, ejuſque Generalem, Abbates, Priores, Monachos, Converſos, Donatos, Novitios, Vaſſallos, eorumq; Monaſteria, Domos, Grangias & in eis Servientes, Loca, Res, & bona quæcumque pręſentia, & futura, atque ad ea quomodolibet ſpectantia, & quæ deinceps ad ea ſpectabunt, illiſque concedentur, vel ad ea devolventur, ab omni Juriſdictione, & viſitatione non modò Prælatorum quorumcumque Ordinis Ciſtercienſis, ſed etiàm quorumcumq; Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum Ordinariorum, ac Judicū Eccleſiaſticorum, & aliarum perſonarum quacumque auctoritate fulgen-

gentium, & quantumvis ampliſsimis privilegijs utentium, perpetuò prorsùs exemit, & ſub immediatà Sedis Apoſtolicæ protectione recepit, *ità quòd Archiepiſcopi, Epiſcopi, Ordinarÿ, Vicarÿ, Judices, & Officiales prædicti, etiam ratione delicti, aut contractus, vel rei, de quâ ageretur, nullam in eos, aut Monaſteria, & bona prædicta, tanquàm prorsùs exēptos, & exempta, Juriſdictionem, vel poteſtatem exercere, aut Excommunicationis, Suſpenſionis, vel Interdicti, aùt quaſvis alias ſententias, Cenſuras, & Pœnas Eccleſiaſticas promulgare poſſint. Nec ipſi ſic exempti, niſi juxtà formam Concilÿ Tridentini, coràm illis, aut ipſius Sedis Apoſtolicæ Delegatis, nisi in Litteris eis pro tempore directis, de præſentibus ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio fiat, ad Judicium evocari, aut quovis modo directè, vel indirectè moleſtari poſſint* cum clauſulâ irritan-

ritante, & ſublatâ eis alitèr judicandi, & interpretandi facultate, &c. ut ibi fuſiùs.

(*i*) *Bullarium Rom. Cherub. tom. 3. la 28.*

Idem Conſtitutione Incipiente *Quæ Regulares Perſonas* (*i*) Dat. 10. Octobris 1606. omnimodam exemptionem Congregationis Fulienſis ab omni juriſdictione Prælatorum Ordinis Ciſtercienſis, de quâ in ſupracitatis Litteris Clement. VIII. ſub die 4. Septembris 1592. & Sanctitatis ſuæ v. Idus Julij 1606., innovavit.

(*k*) *Bull. Rom. Cherub. to. 3. la 43.*

Idem Paulus V. Conſtit. Incipien. *Romanum decet* (*k*) 28. Martij 1608. inhærens veſtigijs Clementis VIII. & Leonis XI. Fulienſes perpetuò deputavit ad Munus Sacrum Agnus Dei in Cerâ ſignandi, & fractos renovandi in *Monaſterio S. Pudentianæ, & Prioratu S. Bernardi de Urbe*, vel alibi, prout Sanctiſſimo placuerit.

Idem (ut in tranſumpto authentico vidimus) per Litt. in formâ Brevis die 6. Auguſti 1611. Abbati Generali

Digitized by Google

rali prædd. Monachorum, ut in omnibus ſuæ Congregationis Eccleſijs in ſolemni Celebratione Miſſarum, ac divinorum Officiorum, Mitrâ, Annulo, & Baculo Paſtorali, ac alijs Pontificalibus Inſignijs uti, & cum ijs ſolemnem benedictionem, quando aliquis Epiſcopus, aut Sedis Apoſtolicæ Legatus, vel Nuncius, aut alius Prælatus Superior præſens non fuerit; vel ſi præſens fuerit, de ejus conſenſu impendere, necnon primam Tonſuram, & quatuor Minores Ordines Monachis ſuis cōferre valeat &c.

Deindè præfatus P. Procurator Generalis Nobis exhibuit Decretum Sacræ Congregationis Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum emanatum die 22. Februarij 1614. per D. Cardin. Lancellottum dictæ Congregationis Præfectum ſubſcriptum, quo declaratur, Monachos Fulienſes cogi non poſſe ad publicas proceſsiones accedere.

Præthereà vidimus, ac legimus trã-ſumptũ authenticum ſel. recor. Gregorij XIV. Confirmationis, & extenſionis Privilegiorum Congregationis Regularis Obſervantiæ S. Bernardi Regnorum Hiſpaniæ Ordinis item Ciſtercien. ſub Datum Romæ 28. Junij 1591. Incipien. *Romanus Pontifex* (*l*) In quo quidem authentico (omiſsis alijs) adeſt ſequens Clauſula, videlicet - *Et inſupèr ob ſingularem reformationem, & obſervantiam dictæ Congregationis &c. Eoſdem (Monachos) amplioribus favoribus condecorare volentes, omnia, & ſingula Privilegia, Prærogativas &c. Conſervatorias, Immunitates &c. cœteraſque gratias ſpirituales, & temporales tàm eidem Ciſtercienſi Ordini, ejuſque Abbati, & Capitulo, etiam Generali, ac quibuſvis illius Monaſteriorum Abbatibus, etiã quatuor primis de Firmitate &c. quàm etiàm S. Benedicti, ac quibuſvis alijs ſimilium, ac diſſimilium Ordini-*

(*l*) *Ex lib. authent. Privil. ejuſdem Cong.*

bus

bus, & Religionibus ſub quibusvis Regulis &c. militantibus, & quibuſvis illarum reſpectivè Congregationibus, Militijs, earumque profeſſoribus, ac utriuſque ſexus eorum Monaſterijs, Domibus, Eccleſijs, necnon Collegijs, Univerſitatibus, Confraternitatibus, Pijs, & Charitativis locis &c. ac earumdem Religionum Generalibus, & quibuſvis Superioribus &c. Monachis, Novitijs, Fratribus, Procuratoribus, Familiaribus, Benefactoribus, ac eorum, & earum utriuſque ſexus quibuſvis Regularibus Perſonis, tàm in Urbe, quàm in quibuſcumque Mundi partibus conſiſten &c. ad primòdictam Congregationem Regularis obſervantiæ S. Bernardi, ac ſingula illius, tàm Virorum, quàm mulierum Monaſteria &c. Ità quòd &c. perpetuò extendimus, eiſque communicamus.

Idem Gregorius XIV. Conſtit. paritèr Incip. *Romanus Pontifex* - (*m*) ſub Datum Romæ die 6. Septembris

præ-

(*m*) *Bull. Rom. Cherub. to. 2. la 16.*

Digitized by Google

prædicti anni 1591. Congregationi S. Bernardi ejuſdem Ordinis Ciſterciensis in Italiâ, Provinciarum Tuſciæ, & Lombardiæ eadem, ut ſuprà, PRIVILEGIA ſub eodem fermè tenore conceſsit, & communicavit, quæ conceſſa reperiuntur tàm Ciſterciensi Ordini, ejuſque Capitulo, & Abbatibus, quàm ejuſdem Ordinis Congregationibus in Regnis Hiſpaniæ, Portugalliæ, & quibuſvis alijs &c., ut ibi fuſiùs continetur.

Sed & Sixtus V. Conſtit. incipien. *Pontifex Romanus* - (n) die 17. Maij 1586. confirmavit omnia PRIVILEGIA (quatenùs ſint in uſu, & Sacr. Can. præcipuè verò Conc. Trid. Decretis non adverſentur) Ordini Ciſtercien. conceſſa per quoſcumque Romanos Pontifices, præſertìm Paſchalem II. Caliſtum II. Eugenium III. Alexandrum III. Lucium III. Honorium III. Gregorium IX. Innocentium IV. Alexandrum IV. Urbanum IV.

(n) *Bull. Rom. Cherub. to. 2. la 34.*

IV. Clementem IV. Gregorium X. Nicolaum IV. Bonifacium VIII. Clementem V. Joannem XXII. Benedictum XII. Clementem VI. Urbanum V. Joannem XXIII. Martinum V. Eugenium IV. Nicolaum V. Calliſtum III. Pium II. Sixtum IV. Innocentium VIII. Leonem X. Pium IV. Pium V. & Gregorium XIII.

Porrò ipſe B. PIUS V. Conſtit. Incipien. *Decet Romanum* - (*o*) confirmans Litteras Apoſtolicas Pij IV. &c. prohibuit, ne in ſpolijs, rebus, & bonis Monachorum Ordinis Ciſtercien. ubivis decedentium, Abbates, & Priores Commendatarij ſeſe ingerant; ità ut eadem ſpolia non ad Cõmendatarios, aut Cameram Apoſtolicam, ſed ad Religionem, in quâ profeſsi ſunt, pertineant.

(*o*) *Bull. Rom. Cherub. to. 2. la 46.*

Itèm Alexander VII. Conſtit. Incipien. *Exponi nobis* - (*p*) Die 26. Auguſti 1655. inhærens Litteris Innocẽtij X. & aliorum Roman. Pontificum,

(*p*) *Bull. Rom. to. 6. la 59.*

ac Decr. Conc. Trident. ſeſs. 25. cap. 20. &c. Statuit, ut ijdem Commendatarij Monaſteria Ordinis Ciſterciẽſis in Commendam obtinentes, nullam quoad eorum Monachos Juriſdictionem exercere circà Priorum, & Officialium Clauſtralium Electiones, vel circà Monachorum mores, & cœtera ad inſtitutum Regulare ſpectantia ſe intromittere nequeant.

Vidimus inſupèr Privilegium, ſeù Bullam Sanctiſs. Domini Noſtri D. Clementis PP. XI. ſub Dat. Romæ apud S. Petrum anno 1704. Quarto Idus Februarij, cujus vigore ad petitionem Congregationis S. Mariæ de Alcobacia Ordinis item Ciſtercienſis Regnorum Portugalliæ, & Algarbiorum approbat, confirmat, & renovat Indulta Apoſtolica circà Judices Cõſervatores prefato Ordini Ciſtercien. conceſſa, & in ſpecie Litteras tùm Martini V. Incipien. *Quod antidota* - (q) ſub Dat. Conſtantiæ Anno 1418. pridiè

(q) *Ex lib. Auth. Privil. Congr. Hiſpaniæ.*

pridiè Kalendas Maij; tùm Eugenij IV. Incip. *Humilibus ſupplicum (r)* ſub Dat. Romæ Anno 1446. Quinto Idus Februarij, quibus nimirùm præcipitur Cõſervatoribus deputatis pro Ordine Ciſtercienſi, Notarijs, alijſq; ad quos ſpectat, ut liberè exequi debeant Litteras Apoſtolicas abſque conſenſu quorumcumq; Prælatorum, ſeù abſque eorum litteris, quas VIDIMUS, ſeù PLACET nuncupant: Itēq; Litteras Pauli III. incip. *(s) Militanti Eccleſiæ* - ſub Dat. Romæ Anno 1544. Tertio Idus Auguſti, per quas mandatur ijsdem Conſervatoribus, ut ſuper his, ac PRIVILEGIIS, exemptionibus, immunitatibus, Indultis, & Indulgentijs, & alijs rebus quibuſlibet, bonis, & Juribus ad Monachos Ciſtercienſes, eorumque Procuratores, negotiorum Geſtores, Familiares, Vaſſallos, Subditos, Colonos, Servitores, & ad Monaſteria, & alia Regularia loca hujuſmodi ſpectan-

(r) *Ex eodem lib.*

(s) *Ex eod. lib.*

ſtantibus &c. perturbari, & moleſtari non permittant ſub pœnâ, &c. Tandèm præfat. Clemens XI. ibidem monet Judices Conſervatores, ut cõmiſſo ipſis muneri ſollicitè incumbant &c. ſub pœnâ &c.

Deindè expoſitum fuit, quod, licet dictus Paulus V. in ſupracitato ſuo Motu proprio Incipien. *In ſuperemi-nenti &c.* quibuſcumque Archiepiſcopis, eorumque Vicarijs Generalibus, ac alijs Ordinarijs Judicibus Eccleſiaſticis, & Sæcularibus, necnon Prælatis, etiam dicti Ordinis Ciſtercienſis, & alijs quibuſcumque Perſonis, tunc præſentibus, & futuris cujuſcumque dignitatis, gradus, & cõditionis ſint, & fuerint, in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac ſub Excommunicationis latæ Sententiæ penâ (à quâ nonniſi à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, niſi in mortis articulo abſolvi poſsint) præceperit, nè impoſterùm perpetuis futuris temporibus

ribus in rebus, & negotijs, etiam ratione delicti, vel contractus, &c. ſeſe ingerere, aut Generalem, Abbates, & alias ejuſdem Congregationis Fulienſis (ſeù CONGREGATIONIS MONACHORUM REFORMATORUM S. BERNARDI) utriuſque ſexus perſonas, Vaſſallos, Subditos, Familiares, & alios Servitores Monaſteriorum quomodolibet moleſtare, vel in aliquo perturbare, aut bona Monaſteriorum, & aliorum Locorum ejuſdem Cōgregationis occupare, vel de Terris, & poſſeſsionibus ſuis præſentibus, & futuris, quas proprijs manibus excolunt, aut alijs excolendas tradiderunt, ac tradent, quomodolibet in futurum, Decimas, Taleas, aut aliud quodcumque genus exactionis, etiam prætextu cujuſcumque viſitationis, aut tranſitus; necnō de Hortis, virgultis, & piſcationibus ſuis, ac de ſuorum animalium nutrimentis exigere, aut extorquere audeant, vel præſumant: Innovans

Digitized by Google

(præterquam in ijs, in quibus Concil. Tridentino adverſantur) PRIVILEGIA , & exemptiones fel. rec. Martini V. Sixti IV. Innocentij VIII. & aliorum Romanorum Pontificum dicto Ordini Ciſtercienſi conceſſa , & dictæ Congregationi Fulienſi jàm pridem per eumdem Paulum V., nunc verò per Urbanum VIII. dictæ Congr. Monac. Refor. S. Bernardi pariformitèr communicata , quibus Ciſtercienſis Ordo à ſolutione Decimarum prorsùs eximitur ; nihilominùs , quia experientiâ compertũ eſt , quod aliqui Locorum Ordinarij , & aliæ Perſonæ maleuolæ , æmulæ , & inuidæ præd. Inhibitionem , & pœnas non verentes , ipſam Congregationem Reformatam Monach. S. Bernardi , ejuſque Monaſteria , Grangias , Perſonas , Vaſſallos , Familiares , & Servitores moleſtare , & perturbare præſumunt ; attentantes etiam reprobare ſenſum ſuper eorum

Pri-

Privilegiis, & Litteris Apoſtolicis prædictis, confingentes novas declarationes, licèt in illis adſit clauſula, *Sublatâ alitèr judicandi, & interpretandi facultate*, cum Decreto irritante, &c. quæ obſtruunt os omnibus, ìtà ut nemo, niſi ſolus Romanus Pontifex poſsit os aperire, necnō uſurpare Juriſdictionē in ipſos Religioſos, Familiares, Servitores, & eorum bona, & cogere directè, vel indirectè ad ſolutionem Decimarum, Gabellarum, Talearum, pedagij, guidagij, ſeù alterius cujuſcumque oneris in maximū dictæ CONGREGATIONIS pręjudicium, ac præfatarum Litterarum Apoſtolicarum contemptum, præſumunt, & attentant.

Cupiens igitur P. Procurator Generalis præfatus (cum ſoleat magis ſpecialis proviſio, quàm generalis, & memoriæ renovatio antiquarum pœnarum, Excommunicationiſque comminatæ multùm prodeſſe, & te-

merè malevolos, & parùm Dei, ac Sedis Apoſtolicę auctoritatis timoratos coercere) ut ſui muneris eſt, eadē PRIVILEGIA, gratias, & indulta, quæ toti CONGREGATIONI præfatæ indifferentèr conceſſa extant, illibata omninò, ac penitùs illæſa in universâ ejuſdem CONGREGATIONIS REFORMATAE MONACHORUM familiâ unanimitèr conſervari; propterea pro eorum parte in exequtionem præfatarum Litterarum Apoſtolicarum Nobis à dicto Reuer. Patre Procuratore Generali in formâ probante exhibitarum, de opportuno Juris remedio requiſiti, Vobis omnibus, & ſingulis, & veſtrum cuilibet in ſolidum committimus, & in Virtute S. Obedientiæ præcipiendo mandamus, quatenùs ſtatìm viſis, & receptis pręſentibus, & poſtquam præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeù alter veſtrum fuerit requiſitus, ex parte noſtrâ, imò veriùs Apoſtolicâ auctoritate

Digitized by Google

tate inhibeatis, & inhibendo expreſsè præcipiatis, & mandetis, prout Nos etiam præcipimus, & mandamus omnibus, & ſingulis Locorum Ordinarijs, necnon alijs quibuſcumque in exequtione præſentium nominandis, & cognominandis, ne viſis, & receptis præſentibus ſub quingentorum Ducatorum auri in auro Locis pijs arbitrio noſtro applicandorum, & pro illis Mandati exequtivi, & in Juris ſubſidium, quatenùs opus ſit, quoad RR. DD. Epiſcopos Suſpenſionis à Divinis, Interdicti Ecclesiaſtici, ingreſſus Eccleſiæ; quo verò ad alios, Excommunicationis, alijſque Eccleſiaſticis Sententijs, Cēſuris, & pœnis audeant, ſeù præſumant, aut eorum aliquis audeat, ſeu præſumat dictos DD. Inſtantes, eorumque Monaſteria, Grangias, Domos, Monachos, Fratres &c. contrà formā dictarum Litterarū Apoſtolicarū moleſtare, vexare, vel perturbare,

aùt impedire; aut in eos aliquam juriſdictionem ullo prætextu exercere, ſeù viſitare, punire, corrigere, ſeù emendare, aut de redditibus, & bonis Monaſteriorum, Monachorum, Fratrum &c. præfatorum, aut receptis, & expoſitis eorumdem aliquam rationem, aut Datia, Gabellas, Taleas, Pedagia, Guidagia, Vectigalia, Collectas, Impoſitiones, & Onera, tùm ordinaria, tùm extraordinaria, ac tàm realia, quàm perſonalia, mera, & mixta, etiam ratione quarumcumque mercium, & rerum cujuſcumque generis, vel qualitatis exiſtant, tàm per mare, & aquam dulcem, quàm per terram undecumque, & quomodocumque pro tempore delatarum, aut à Conductoribus Vini, Grani, Tritici, Leguminum, Frumenti, & cujuſvis generis Frugum, & Granorum ex quibuſcumque Proprietatibus, Poſſeſſionibus, & Bonis Monaſteriorum dictæ Congregationis

Re-

REFORMAT. S. BERNARDI ; eorumque membrorum, & annexorum quorumcumque provenientium, ac de quibuscumque Provincijs, Terris, & locis, aùt etiàm emptorum à quibuſcumque perſonis aliquid pecuniæ, vel alterius rei exigere, aut extorquere, aut ejuſdem CONGREGATIONIS PRIVILEGIA, & indulta declarare, aut quidquam innovare, ſeù attentare, ſeù innovata, & attentata proſequi in poſterùm contrà formam dictarum Litterarum Apoſtolicarum per ſe, ſive alium, ſeù alios, quovis prætextu, quæſito colore, vel ingenio; quin imò moneatis eoſdem, quatenùs infrà ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio,& peremptorio termino, ac monitione canonicâ vobis aſſignamus, & vos aſſignetis eiſdem ſub eiſdem Sententij,s Cenſuris,& pœnis debeant,& quilibet ipſorum, prout ad eos,& eo-

rũ quẽlibet ſpectat, & pertinet, debeat à quibuſvis jactationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis eiſdẽ DD. inſtantibus quomodolibet contrà formam dictarum Litterarũ Apoſtolicarum, & PRIVILEGIORUM, & exẽptionum illatis, factis, & præſtitis, ac fieri, & inferri comminatis, & ab inferendis in futurum deſtitiſſe, ceſſaſſe, & ſeſe abſtinuiſſe; dictiſque PRIVILEGIIS, gratijs, immunitatibus, & exemptionibus quibuſcumque ſibi per dictos Summos Pontifices conceſſis, uti, frui, potiri, & gaudere permiſiſſe; ac etiam dictis Litteris Apoſtolicis, & Noſtris hujuſmodi Monitorialibus Litteris in omnibus, & per omnia paruiſſe, & obediviſſe, deque paritione nos certioraſſe. Alioquìn præfatos ſic monitos, ſi in præmiſſis ſeſe fore gravatos ſenſerint, modo, & formâ præmiſſis citetis, & citare curetis, prout

Nos

Nos etiam citamus eoſdem, quatenùs ſexageſimâ die poſt præſentium exequtionem dinumerandâ, ſi dies ipſa juridica fuerit, alioquin, primâ die juridicâ ex tunc proximè futurâ, compareant Romæ in judicio coràm Nobis, ſivè noſtris Reverendiſſimis D.D. Locumtenentibus, cauſam ſui gravaminis allegaturi, aliaque dicturi, facturi, & recepturi, prout juſtitia ſuadebit, & ordo dictaverit rationis: Certificantes eoſdem ſic citatos, quod ſive in dicto citationis termino, ut præmiſſum eſt, comparuerint, ſive non, Nos nihilominùs, vel RR. DD. Locumtenentes noſtri præfati ad hujuſmodi Cauſæ deciſionem, necnon ad omnes, & ſingulos actus, & terminos judiciales uſque ad ſententiam definitivam incluſivè, & lite non conteſtatâ procedemus, ſive procedent juſtitiâ mediante, dictorum citatorum contuma-

maciâ, vel abſentiâ in aliquo non obſtante. Et inſupèr inhibeatis, & inhibendo expreſſè præcipiatis, & mandetis, prout Nos etiam præcipimus, & mandamus omnibus, & ſingulis Dominis Judicibus ordinarijs, & extràordinarijs, Delegatis, & Commiſſarijs quibuſcumque, necnon omnibus, & ſingulis in executione præſentium nominandis, & cognominandis, ne ſub jàm dictis Eccleſiaſticis Sententijs, Cenſuris, & pœnis audeant, ſeù præſumant, aut eorum aliquis audeat, ſeù præſumat dictos inſtantes ſupèr præmiſſis, illorumque causâ, & occaſione moleſtare, vexare, & perturbare, convenire, aut in judicium trahere, quàm coràm Nobis, vel noſtris in Civilibus Locumtenentibus per Acta infraſcripti noſtri Notarij quovis ſub prætextu, causâ, ingenio, vel quæſito colore. Quod ſi ſecùs factum fuerit

rit

rit, ultrà pœnarum præſcriptarum incurſus declarationem, ad quam omninò deveniemus, id totum etiam revocabimus, & in priſtinum ſtatum reduci curabimus Juſtitiâ mediante. Abſolutionem verò omnium, & ſingulorum præmiſſorum Nobis, vel Superiori noſtro tantummodò reſervamus. In quorum Fidem has præſentes fieri, & per infraſcriptum Curiæ noſtræ Notarium ſubſcribi, Sigillique noſtri, quo in talibus utimur, juſſimus impreſſione muniri. Datum Romæ ex Curiâ Innocentianâ in Monte Citatorio anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo ſexto, Indictione decimaquartâ, die verò quartâ Menſis Maij, Pontificatus Sanctiſſimi in Christo Patris, & Domini N. D. Clementis Divinâ providentiâ Papæ Undecimi anno ſexto.

Carolus de Marinis Auditor Cameræ.

Paulus Fatius Cur. Cauſ. C. A. Not.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Tassa de Viatici

Da Roma à

Sermoneta Scudi Romani	2.50
Napoli	8.
Aquila	6.
Civita S. Angelo	8
S. Oreste	1.30
Perugia	6.
Rimini	11.
Brisighella	13.
Firenzuola	12.
Milano	19.50
Genova	14.
Amelia	

Da Sermoneta à

Napoli Scudi Romani	6.50
Roma	2.50
Aquila	6.
Civita S. Angelo	7.

Digitized by Google

S. Oricoro — — — 4.
Perugia — — — 8.50
Rimini — — — 13.
Brisighella — — — 15.50
Firenzola — — 19.50
Milano — — — 20.
Genova — — — 16.50
Amelia — — —

Da Napoli a

Roma Scudi Romani 8.
Sermoneta — — — 7.
Aquila — — — 8.
Civita S. Angelo — — 8.50
S. Oricoro — — — 9.50
Perugia — — 14.
Rimini — — — 18.50
Brisighella — — 21.
Fiorenzola — — 25.

Digitized by Google

Milano — — — 27.50

Genova — — — 21.

Amelia — — —

Dalli Aquila a

Roma Scudi Romani — 6.

Sermoneta — — 6.

Napoli — — — 8.

Civita S. Angelo — — 1.50

S. Oreste — — 5.

Perugia — — — 5.50

Rimini — — — 8.

Brisighella — — 10.

Fiorenzuola — — 16.

Milano — — — 18.50

Genova — — — 14.

Amelia — —

Da Civita S. Angelo a

Roma Scudi Romani 8.

Sermoneta — — 7.

Digitized by Google

Napoli — — —	8. 50
Aquila — — —	1. 50
S. Oresto — — —	6. 50
Perugia — — —	7.
Rimini — — —	8. 50
Brisighella — — —	11. 50
Fiorenzola — — —	16. 50
Milano — — —	19.
Genova — — —	15. 50.
Amelia — — —	
Da S. Oresto à	
Roma Scudi Romani —	1. 31
Sermoneta — — —	2.
Napoli — — —	9. 50
Aquila — — —	5.
Civita S. Angelo — —	6. 50
Perugia — — —	5.
Rimini — — —	9. 50

Digitized by Google

Brisighella	12.
Firenzola	16.
Milano	18., 50
Genova	13.
Amelia	

Da Perugia à

Roma Scudi Rom.^ni	6.
Sermoneta	8. 50
Napoli	14.
Aquila	5. 50
Civita S. angelo	7.
S. Oreste	5.
Rimini	5. 50
Brisighella	7. 50
Firenzola	13.
Milano	16.
Genova	9.
Amelia	

Digitized by Google

Da Rimini à

Roma Scudi Rom.ni —	11.
Sermoneta — —	13.
Napoli — — —	18. 50
Aquila — — —	8.
Civita S. Angelo —	8. 50
S. Oreste — —	9. 50
Perugia — — —	5. 50
Brisighella — —	2.
Firenzola — —	8. 50
Milano — —	11.
Genova — —	11.
Amelia — — —	

Da Brisighella à

Roma Scudi Rom —	13.
Sermoneta — — —	15. 50
Napoli — — —	21.
Aquila — — —	10.

Digitized by Google

Civita S. Angelo	10. 50
S. Oresto	12.
Perugia	7. 50
Rimini	2.
Fiorenzla	6. 50
Milano	9.
Genova	8. 50.
Amelia	[illegible]

Da Fiorenzola à

Roma Scudi Rom.	17.
Sermoneta	19. 50
Napoli	25.
Aquila	16.
Civita S. Angelo	16. 50
Perugia	13.
Rimini	8. 50
Milano	2. 50
S. Oresto	16.

Digitized by Google

Brisighella — —	6. 50
Genova — — —	5. 50
Amelia — — —	

Da Milano a'

Roma Scudi Rom.ni —	19. 50
Sermoneta — — —	22.
Napoli — — —	27. 50
Aquila — — —	18. 50
Civita S. Angelo — —	19.
S. Oreste — — —	18. 50
Perugia — — —	16.
Rimini — — —	11.
Brisighella — —	9.
Fiorenzuola — —	2. 50
Genova — — —	6.
Vercelli — — —	4.
Amelia — — —	

Digitized by Google

Da Genova à

Roma Scudi Rom.	12.
Sermoneta	16. 50
Napoli	21.
Aquila	12.
Civita S. Angelo	15. 50
S. Oreste	13.
Perugia	9.
Fiorenzola	5. 50
Rimini	11.
Brisighella	6. 50
Milano	6.
Amelia	
Asti	6. 50.
Mondovi	6. 50

Da Amelia à

Roma Scudi Romni	
Sermoneta	

Digitized by Google

Napoli — — —

Aquila — — —

Civita S. Angelo — —

S. Oreste — — —

Perugia — —

Rimini — — —

Brisighella — —

Fiorenzola — —

Milano — — —

Genova — — —

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google